Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26261
Copyright: Admont, Benediktinerstift

fuerunt. quos fuisse optimos subsecutos. et milites eos fuisse
ii solui cum passi sunt. sed etiam milites fuisse cum xpi uiuerent.
III Martyr enim greece latine testis dicitur. Quotiens cuique bonis actibus mandatum exercitium. totiens testimonium
prebemus. Unde et crux domini non tantum illa dicitur que passionis tempore ligni affixione extructa. sed illa que totum uite
curriculo cunctarum disciplinarum uirtutibus coaptatur.
Dequa nimirum uidetur saluator dicere. Qui uult post me uenire.
abneget semet ipsum. et tollat crucem suam et sequatur me.
IIII Hinc quod enim omnis miles qui secum est dominum crucifixi sunt. Illum
quod omnis uirgines quinque apocalypsin sequuntur agnum di
crucifixe sunt ut sequitur. Hinc quod paulus crucifixus fuerat cum dicebat. mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nri
ihu xi. per quem mihi mundus est crucifixus et ego mundo. Hoc
autem dicit. ut intellegas crucem non ligni esse patibulum. sed uite
V uirtutisque propositum. Tota quidem uita xpiani hominis si secundum
euangelium uiuat. crux est atque martyrium. Sed hoc est quod in nobis
difficile reperitur. ut omnis actus nri secundum euangelium diri
gantur atque ideo quotiens cuique uoluptatibus uolutamur.
crucem saluatoris amittimus. Xpe enim est castitas. pax. ueritas.
VI mansuetudo. Quomodo quis potest castitatem testimonium phibere
corrupti. aut quomodo potest pacem predicare cui animus semper iratus
est. Quo pacto et etiam ueritatem mendax sequitur. aut man
suetudinem qualiter seruabit mestans. Quomodo in quam
possumus ad mirii gloriam peruenire. cum dominus dicat. nolite